

Ibi: Et id, quod de servitute adduci solet.

15 Quomodo sit accipiendum servitutes juri naturali esse contrarias, explicat Pet. Suarez supra, cap. 14. a num. 6. Pichard, in § Sed naturalia, n. 4. Isti de juri nat. gent. & civili, August. Barbof. in collectan. ad c. juri nat. ale. 7. n. 20. dist. 1. Card. Lugo supra, sect. 2. n. 10. Paleotb. de nobis & spur. lib. 2. cap. 3. & cum D. Covar. in regul. per carum, part. 2. §. 11. num. 7. ver. Secundo loco, dicendum est, hominum libertatem non esse de jure naturali preceptam, sed permissam duntaxat secundum statum illum, antequam bella orirentur; ubi autem jus naturale se habet permittive, mutari potest; sed us si positive: quare jure gentium potuerunt servitutes, & alia, quae sunt juri naturali permissivo contraria induci: quod late profequitur Pat. Suarez ubi proxime.

Ibi: Quod si de quavis deceptione.

16 Per d. l. i. novum Imperatores induisse, communiter placet, Castill. d. cap. 8. num. 1. Pinell. part. 1. cap. 1. num. 2. Padilla num. 11. Azeved. in l. 14. num. 1. tit. 9. lib. 9. Recopilat. etenim antea, sic fuit permilla laesio in pretio venditionis circa dolum, ut nullum auxilium quantumcumque laesis concederetur majoribus, Roderic. d. q. 11. num. 11. Marienc. d. glos. 1. num. 5. Pinell. ubi proxime, Fachin. d. lib. 2. cap. 2. 1. num. 11. ea ratione quam in pet. tradidimus, num. 16. ob eandemque hodie laesio iniqua infra dimidiam josti pretii permilla est in foro exteriori, Dicastill. d. lib. 9. nu. 285. Hermosol. in d. l. 1. glos. 9. num. 2. 3. Sot. supra, quest. 1. art. 3. Cevall. quest. 5. 08. num. 1. Felician. d. cap. 1. n. 1. ver. Quomodo, Less. d. cap. 1. d. bit. 4. n. 20. Menoch. cont. 40. n. 179. quod & de jure Canonico procedere, probat Molin. de primogen. lib. 2. c. 5. n. 56. Martin. Navar. in cap. novum. n. 108 de jud. c. Pinel. in d. l. 2. p. 1. n. 38. Facinae. conf. 0. num. 22. 1. & alii communiter.

Sed est limitandum in aestimatione rerum dotialium, in qua, laesio quacunque intercedente, laesio succurrebatur ante d. constitutionem, & nunc succurritur, l. 16. tit. 1. p. 4. d. l. i. re uocur. n. sine, ff. de jur. dot. Pinel. part. 1. c. 5. p. 1. n. 13. Afflic. de iur. 170. num. 3. Ant. Gom. in l. 50. Titul. n. 44. ver. Quod tamen intellige, Ant. Fab. de erro. lib. de ad. 8. error. 6. Cevall. d. quest. 536. num. 2. 1. 2. Pontanella de pact. nupt. cla. sub. glo. 8. part. 1. 3. num. 50. 51. Marienc. supra, glo. 8. num. 20. 21. Hermosol. qui & alios laudat, ubi proxime, n. 6. Pet. Barbof. supra, num. 101. Quamquam autem doceant, de jure communi laesionem ultra dimidiam hoc casu desiderari, quos referunt Cevall. & Marienc. Similiter ob quamlibet laesionem agere licet, ubi pretium, leg. 7. vel consuetudine taxatum est, Barbof. in d. col. est. ubi plures, n. 103. & diximus supra, num. 7. Item in venditione inter viam & uxorem facta, l. si spo. sus. 6. §. Circa, ff. de donat. inter.

17 Ubi autem laesio non in pretio, sed in rei qualitate vel quantitate consistit, laesio subvenit indistincte sive ultra sive infra dimidiam va oris ejus, quod venditur contingat, Pinell. part. 3. cap. 2. n. 1. 2. Barbof. in d. collectan. n. 99. Boeri. de iur. 50. n. 3. 4. Panth. C. emens. in d. l. 1. num. 163. Hermosol. d. glos. 9. n. 4. Facinae. in fragment. part. 1. verbo recipere, n. 40. Idem est, si dolum in laesione intervenit, de quo D. Covar. inf. a. ap. sequenti, n. 12. Dicastill. n. 293. 344. c. m. segg.

Verf. Secundo inde constat.

18 Licite potest quis pecunia credita vendere summo pretio, quod statim numerata, infirmo foret venditurus; quia nulla iniustitia intervenit, & sic nec usura; Dicastill. d. lib. 2. dist. 6. n. 6. 2. Bonacina supra, d. quest. 1. punct. 4. num. 6. ver. Respondeo primo, Pet. Navar. de res. lib. 3. ap. 2. n. 2. Reginald. lib. 2. n. 309. Rebelle. d. lib. 9. q. 2. sect. 2. Lup. de usur. omnium, 3. in cap. naviganti, §. 5. n. 116. de usur. Uolin. e. l. alt. cap. 39. sect. 1. num. 4. 6. Francisc. Tolet. in sua instruct. Sa. erdo. lib. 5. cap. 3. 1. num. 4. Cyriac. tom. 1. controvers. 169. num. 16. 17. Lopez de contractib. lib. 1. cap. 36. conclus. 2. fol. 112. col. 2. Azor. in st. moral. part. 3. lib. 8. ap. 8. col. 1. Sot. d. lib. 6. quest. 1. art. 3. col. 3. Gutier. Canoniar. quest. lib. 1. cap. 39.

num. 11. Avendano de censib. cap. 27. num. 9. Pater Molin. d. dist. 347. n. 5. Valasc. co. s. 44. num. 4. Pat. Sanch. consil. moral. lib. 1. cap. 7. dist. 15. numer. 1. Sic poterit, anticipata solutione, pretio infirmo emi, ut sentiunt Dicastill. & alii sup.

Ad Num. 3.

De probatione josti pretii rei venditae ad dignoscendum, 19 an laesio ultra dimidiam intercesserit, latissime dissererunt; Pinell. d. part. 3. §. ultim. Hermosol. in d. l. 56. glos. 6. Cevall. quest. 664. Gutier. de gabell. d. c. 147. a. n. 14. & alii, quorum isti meminerunt, illud adnotantes, ad laesionem considerandum esse rei valorem juxta tempus, quo contrahitur; nam augmentum, vel deminutio ex post facto superveniens justam, aut injustam facere contractum haud potest, Hermosol. glos. 5. nu. 1. ubi plurimi, Pinell. d. §. ult. num. 15. Cevall. ubi proxime, num. 1. Marienc. in d. l. 1. glos. 4. num. 1. ubi Azeved. num. 1. Padilla in d. l. 2. num. 70. Scaccia d. §. 1. quest. 1. a. numer. 192. Surd. de aliment. tit. 9. quest. 11. n. 28. §. 1. quest. 1. a. numer. 192. Surd. de aliment. tit. 9. quest. 11. n. 28. ver. Adverte etiam: Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 2. n. 1. & 2. Menoch. conf. 843. num. 43. Cenc. de censib. part. 1. cap. 1. quest. 4. art. 3. num. 30. Gratian. dist. ceptat. cap. 756. ex num. 5. 1. Cyriac. tom. 1. controvers. 1. a. n. 33. Quod tamen fallit, cum effectus, sive executio contractus in futurum confertur, nam tunc traditionis tempus inspiciunt; Hermosol. cum multis, n. 10. 1. qui n. 12. ait, contractum posse rescindi, licet in eo a principio laesio non fuerit, si ex eo deinceps contingat, cum scilicet habet tractum successivum: veluti si quis se obligaret ad coquendum panem certae familiae, ac postea multum augetur, nam si, considerata mercede tempore contractus constituta, contrahens laesus reperitur, juvabitur d. l. 2. auxilio, & ita docent, Pinell. part. 2. cap. 1. num. 27. Theaur. decis. 126. n. m. 2. Caneer. variar. lib. 2. cap. 1. num. 253. D. Ci. conf. 334. & alii apud Hermosol. D. Larrea, allegat. Fisc. 23. num. 3. & allegat. 32. per totum, quae doctrina intelligenda non est, cum aliquid emitur, in quo contrahentes for ana se committunt, ut in censu vitalitio, vel alimentis, jactu retis, & similibus; nam etsi plurimum excedat spem, quod recte percipitur, aut distissime vivat, qui alimenta, vel censum recipit, non idem erit remedio rescissionis locus, ut DD. paulo ante laudati tenent.

Ibi: Ego sane distinguendum esse arbi vor.

Venditore agente ad rescissionem contractus, ut testes 20 concludenter deponant, dicere debent, rem infimo pretio tantum valere, ut ex eo laesio ultra dimidiam computetur. Per contractum emptor similiter agens probaturus est rei valorem juxta supremam pretium, ut inde ultra dimidiam laesus fuerit, sciri possit. Ita cum D. Covar. sentiunt Hermosol. glos. 9. numer. 43. Marienc. glos. 2. num. 48. Valasc. d. conf. 44. num. 3. Navar. in manual. cap. 17. num. 228. & cap. 25. num. 38. Molin. d. disp. 349. Felician. d. c. n. lib. 1. cap. ult. num. 18. Tamen si Saloni, de j. st. & jur. tom. 2. quest. 79. art. 1. controvers. 17. & Scaccia d. l. quest. 7. ampliat. 10. n. 40. opinentur a pretio medio tam quoad venditoris, quam quoad emptorem, laesionis computationem esse faciendam.

Ibi: Quibus ea ratio adversatur.

Qualisqualis excessus ultra dimidiam sufficit ad venditionis rescissionem, Hermosol. d. l. glos. 9. num. 44. ubi plures, Burgos de Paz in cap. cam dilecti, n. 14. de emp. & vend. Ant. Gab. d. tit. de emp. conclus. 1. n. 6. ambar. 2. Scaccia d. ampliat. 10. n. 6. Pinell. d. cap. 1. n. 9. Seraphin. de privi. leg. jurament. privileg. 83. n. 9. ver. Et cum laesio Barbof. in d. collectan. n. 10. Mascard. de probat. conclus. 1215. n. 11. Marienc. d. glos. 2. n. 45. Valasc. supra, n. 2. Pet. Greg. d. cap. 24. n. 13. Unde si testes pro venditore interrogati dixerint, rem justo pretio infimo valuisse centum, & plus; & vendita fuerit quinquaginta, laesionem ultra dimidiam concludenter probabitur, quia necesse non est, ut collat, quatus fuit excessus, cum vel minimus satis sit, quo casu testes ita deponentes probare, generaliter docuit Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 47. atq; ita in specie

specie affirmant Barbof. Pinell. Hermosol. ubi proxime Padill. num. 41. Marienc. d. n. 45. Azeved. in d. l. 1. Recopilat. n. 19. Valasc. ubi n. ra; & licet in contrarium sententiam itum sit ab aliquibus relatis per Hermosol. d. n. 44. ver. Si autem pauca.

Ibi: Verum si testis hac de re interrogatus.

22 Testis asserens, contrahentem ultra dimidiam laesum, tunc probabit, cum rationem dicti sui concludentem reddiderit, declarato rei justo valore; alioquin ei credendum non est, maxime in re admodum fiscalis, cum possit ex credulitate, vel sua particulari affectione ad rem illam, deponere, Valasc. ibi, n. 1. in fin. & faciunt tradita per Hermosol. d. l. glos. 6. n. 80. 82.

Ibi: Illud propterea adnotaver.

23 Quamquam ubi certum tempus, vel quantitas probanda est necessario, testes deponentes per adj. ctionem verbi plus, m nime concludant: Menoch. post Bartolum d. cas. 47. num. 4. Tamen si laesus, volente altero contrahente pretium supplere, est contentus ea quantitate usque ad dimidiam josti valoris, & quicquid sub verbo plus, continetur remittit, ut onus probandi excessum evitet, audiendus erit; cum summa laesionis usque ad dimidiam, de qua testes certis deposuerunt, satis probata sit; quod aperte colligitur ex Menoch. supra. Nec deferretur juramentum suppletorium probationis laeso, quod in hac materia non admittitur, quia valor rerum me ius ab aliis, quam a dominis sciri praesumitur, cum plerumque propter affectionem plaris eas aestiment, quam valent, Pinell. cum aliis, d. cap. ult. n. 13.

Ad Num. 4.

24 Justum rerum pretium non ex affectione particulari alicujus, sed ex communi hominum opinione aestimatur, quia ex delictis vel singularibus votis res metiende non sunt, ut Consultus ait in l. illud 16. ff. de manum. vindict. Hermosol. in l. 3. glos. 4. n. 21. tit. 5. p. 5. Pinell. supra, n. 17. Pichard. in §. His autem verbis, 12. Institut. de leg. Ag. il. Menoch. conf. 181. n. 27. Panth. C. emens. in d. l. 2. n. 318. Cyriac. d. controvers. 1. n. 29. Et cob. de ratio. in lib. 1. cap. 7. num. 25. Gutier. d. lib. 2. pract. ca. q. 182. n. 10. Gom. Vayo in prax. lib. 3. num. 106. Francisc. Marc. q. 484. n. 1. & 37. p. 1. Morl. d. tit. 9. n. 8. n. 3. Raphael de Turri s. pra. s. p. 1. q. 2. num. 36. Valenc. conf. 116. num. 55. Valasc. in prax. partitio. c. 10. n. 2. Cevall. d. q. 664. n. 2. Mantica decis. 139. num. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. in princip. Marienc. d. l. 2. num. 1. Unde tantum res valet, quanta communiter cuique ejus conditionem non ignoranti citra fraudem venire potest: l. 1. §. Si heres, ff. ad Trebellian. l. libro o. otlogima, 26. ff. de bon. libertat. Hermosol. in d. l. 56. glos. 6. nu. 6. Marefcot. va. iar. res. lib. 2. cap. 114. n. 13. Bonac. d. pu. et. 4. n. 6. ver. Objiciens primo, Cyriac. tom. 3. controvers. 453. num. 72. Mastrill. decis. 280. num. 52. Gutier. pract. ar. lib. 4. quest. 61. num. 12. 13. Didac. Per. in l. 2. col. 6. ver. Sed huic nostrae regulae, tit. 13. lib. 4. O. diname. Ricc. collectan. 916. Afflic. de iur. 23. num. 316. Mantica de tacit. convent. lib. 4. tit. 20. num. 8. Morl. supra, quest. 6. num. 4. Scaccia d. l. ampliat. 10. num. 56. ver. Nam in re mobili, & pretium justum censetur, quod currit loco, ubi res est, non ubi contrahitur, nisi venditor suo periculo & expensis tam ad sportare in locum contractus promiserit, Dicastill. cum aliis, d. l. 7. num. 110.

25 Est tamen adverteendum, propter affectionem venditoris rem plaris venditare licere, quam communiter valet, etiam si pretium lege taxatum sit, Card. Lug. sect. 7. num. 90. Rebelle. d. lib. 9. q. 1. sect. 7. Salon. 2. 29. 77. art. 1. controvers. 18. & q. 8. art. 2. controvers. 21. n. 4. Remig. in sum. tract. 2. cap. 7. §. 26. num. 3. ver. Tamb en. si una cosa, & alii apud Bonac. d. l. punct. 4. num. 15. Cyriac. d. l. controvers. 453. per totum, ubi agens de rebus, quarum pretium taxatum lege non est, idem in foro exteriori procedere, nec locum esse contractus rescissioni, optime, lateque probat, quoties dominus excessu josti pretii inducitur ad vendendum, quod alioqui non esset venditurus, modò emptor nulla necessitate compulsus valorem rei non ignorans emat;

quia affectus, quem quisque ad res proprias habet, & actus vendendi, ad quem regulariter compellitur nemo, l. 3. tit. 5. p. 5. l. i. m. n. 11. l. dudum 14. C. de contraben. emp. pretio sunt aestimabiles; Les. d. cap. 2. 1. dubit. 3. num. 17. & dub. 4. n. 31. Navar. in manual. c. 23. n. 83. homines enim voluptate, aut communitate, quam ex rebus propriis percipiunt, ob lucrum, ultra valorem earum carere consentiunt. Sic Cicer. in 1. orat. de lege Agraria, contra Servilium Rullum, quae est inter suas 14. inquit: Nihil enim est, quod non emi possit, si tantum dos, quantum velit venditor. Et hoc bonum pharmacum ad comparandum, quod desideratur etiam ab invitis, appellat Cyriac. n. 6. sicut consulit Jacob. Thoming. conf. 48. n. 47. volum. 1. Quo casu omnino vera est sententia communis, quae habet scienti valorem rei non competere remedium d. l. 2. de qua Cyriac. n. 18. Hermosol. in d. l. 56. glos. 4. num. 78. Barbof. in d. collectan. n. 51. qui plurimos laudant, etsi alias dubia censeatur; illud vero, quod ultra justum pretium datur, proprie donatio dici non potest, ut communiter docetur, sed ob causam datum, magisque pertinet ad contractum innominatum, do, ut facias; datur enim domino, ut vendat, de quibus vide infra, n. 32.

26 Quod si remedium d. l. 2. in praefata specie non denegatur emptori, fraudibus via aperitur; nam qui vult re aliena saltem ad tempus uti possit excessivum pretium domino offerre, quo eam consequatur, ac possideat, quantum licet ex ea constitutione agere, ac postea per illud remedium, aut totum, aut quod ultra justum pretium solvit, reperere, qua arte contra dominum voluntatem toto eo tempore re aliena potiturus, quae iniquitas, cum sit naturali juri contraria, sustinenda non est.

Duo tamen notat Les. d. d. 4. n. 27. ver. Secundo affectus, & ver. Sed quid. Primum, affectum rationi consonum esse debere, ut res ultra justum pretium propter illud venire possit. Secundum, non pro libito venditoris pretium aff. ctus praestandum, sed boni viri arbitrio. Unde colligi potest limitatio ad doctrinam Cyriaci supra traditam, nam si perperio justo valore rei, & affectu, aestimatione rationabili, status sit excessus, ut emptor censetur ultra dimidiam laesus, & qui erit ei in tanto detrimento succuri, venditorique impetrandum est, quod voluit, tam exorbitans sui affectus pretii extorquere.

27 Illud itidem adiciendum est, inter valorem, & pretium veliari discrimen, valor enim est aestimatio intrinseca, quam res habet a lege, vel communi hominum placito: pretium vero est quid extrinsecum, quod ad venditionis contractum refertur: aphael de Turri d. d. p. 1. q. 4. n. 19. & 20. Unde aliud est rem tanti vendi posse, etiam justo pretio huic, vel illi homini; & aliud tantum valere pretium namque ex singulari affectione justum fieri potest, valor non utique; l. ad triplex est, commune, conventum, & singulare, Grammat. decis. 78. num. 8. Bertazzol. de claus. in n. strum. claus. 30. glos. 1. num. 15. Cyriac. sup. num. 19. Primum dat valorem rebus non alia, quamvis iniquitatem non continent; nam privatus potest ex conventionione pretium ultra valorem constitutare, cum pecunia suae sit moderator, & arbiter: l. in re mandata 21. C. mandat. sed non efficit, ut tanti apud caeteros omnes habeatur (in quo valor consistit) quantum ipse dedit; Princeps vero, vel Republica taxans pretium valorem rebus imponit, quoniam potestatem obtinet subditos obligandi, lege lata, ut tanti res aestiment, quantum valere stabilitur, ut in censu redimibili, & in frumento, est in Hispania constitutum: l. 12. tit. 15. l. 12. tit. 25. lib. 5. Recop. Gutier. d. lib. 2. pract. q. ult. n. 12. Turri s. p. n. 56. A. de Petr. Greg. Synagm. lib. 25. c. 14. n. 3. ubi docet pretium aliud esse legale, aliud conventionale, & commune aliud.

Verf. Primum in contractibus.

28 Justum rerum pretium non regulatur secundum excellentiam, quam in se naturali rerum habent, sed pro hominum libito, etiam a ratione difsono constituitur: quia ea ipsis sunt pretiosior, quae humanis usibus magis deservunt atque ita pretium rebus non imponunt ex naturali ordine, sed ex utilitate, vel oblectatione, quam ex eisdem capiunt, cumque saepe quae superioris ordinis sunt juxta naturam, ut animata, nullam, aut minorem commodita-

